ORDINIS JVRIDICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
PRO-DECANVS
JOH. GODOFRED. KRAVS, D.

INSTIT. IMPERIAL. P.P. CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATVS ET FACVLTATIS JVRIDICAE VITEMBERGENSIS, VT ET JVDIDII INFERIORIS LVSATIAE ASSESSOR

LECTORIBVS OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMIS

S. P. D.

Digitized by Google

REi poſſeſſionem maxima poſſidenti commoda afferre inter Doctores non modo non obſcurum eſt, ſed etiam uſu, tanquam res pervulgata, quotidiano, atque experientia, cognoſcitur. GLOSSA ad §. *commodatam J. de Interdict.* beatos nuncupat poſſeſſores, cum, qualeſcunque etiam ſint, longe melioris conditionis videantur, plusque juris habeant, quam quidem petentes, propterea quod poſſident, *§. 3. J. de act. §. 4. J. de Interdict. L. 1. §. fin. ff. uti poſſidet. L. 9. §. 4. ff. de publiciana in rem act.* Et JCtus GAJVS *in L. 24. ff. de Rei Vindicat.* iis, qui rem quandam petere intendunt, id conſilium, lineæ inſtar, ut dicitur, obſervandum ſuadet, ut videlicet probe prius examinent, anne interdicto quodam potiri poſſeſſione queant, cum multo ſit commodius poſſidere, atque ad onera petitoris compellere adverſarium, quam quidem petere, poſſidente alio. Quod uti ſine ratione non dictum, ita in promtu cauſa eſt. Quid enim? Prætor non

ſolum

Digitized by Google

ſolum ipſe vim fieri vetat poſſidenti ſine vitio, *§. 1. J. de interdict.* ſed & eum minime raro tuetur, rem qui vitioſe poſſidet, *L. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat.* Verum enim vero, utut hæc recte ſe habeant, conſiliumque GAJI laude ſit omnino dignum, diffiteri tamen non poteris, cauſas dari varias, propter quas haud raro vires ſuas amittat celebre poſſeſſionis præſidium, adeo, ut, petitore cum poſſeſſore concurrente, poſſeſſoris conditio non ſolum non melior ſit, ſed etiam interdum poſſeſſio omnino noceat, quandoquidem ſæpe vitium in ipſo poſſeſſore latitat, quod ipſum commodis poſſeſſoris prorſus indignum reddit. Nam, quamvis bonæ fidei poſſeſſor fructus proventusque, ex re poſſeſſa perceptos, ſuos faciat omnes, *L. 4. §. 2. ff. fin. regund. L. 1. C. de hered. pet. L. 23. §. 1. de Leg. 1. L. 40. & 48. ff. de acquir. rer. dom.* cum bona fides tantum præſtet posſidenti, quantum veritas domino, *L. 136. ff. de Reg. Jur. L. 25. §. 1. ff. de uſuris & fruct.* ſecus tamen ſeſe res habet cum eo, qui mala fide rem poſſidet. Quid enim? Tantum abeſt, ut hic percipiendo fructus faciat ſuos, ut potius omnes, etiam non perceptos, dum eos licito modo percipere potuiſſet, domino ſupervenienti reſtituere, *§. 2. J. de Offic. Jud. L. 22.* junct. *L. 62. §. 1. ff. de Rei Vindic.* deinde, ratione conſumtorum, æſtimationem, ſine uſuris licet,

)(2 cet,

cet, præſtare, *L.16.ff. de uſur.* quin imo etiam, ſi litis conteſtatio dominum inter & malæ fidei poſſeſſorem facta ſit, de caſuali rei poſſeſſæ interitu teneatur, *L.40.pr.ff. de hered pet. L.17.§.1.ff. de Rei Vind.* Dn. de WERNHER *P.4. Obſ.214. n.127.* Hoc Sereniſſimus Potentiſſimusque REX & ELECTOR noſter Saxonicus, in Additamentis *ad ORDIN. JVD. SAX. RECOGN.* §. 20. ita extendit, ut & illum poſſeſſorem, qui in poſſeſſorio ſummariſſimo victricem ſententiam obtinuit, deinde, ſi in poſſeſſorio ordinario aut petitorio ſuccubuerit, dummodo præter poſſeſſionem, non aliam juſtam, probabilemve, detentionis ſuæ cauſam prævertetit, eamque probaverit, wenn er ſonſt nichts weiter vor ſich gehabt/ pro malæ fidei poſſeſſore habendum cenſeat, qui in reſtitutionem fructuum perceptorum ac percipiendorum, nec non expenſarum & damnorum, quorum cauſa erat poſſeſſorium ſummariſſimum, condemnetur. Poſſeſſionis commoda ac emolumenta non raro impedit ipſa rei poſſeſſæ qualitas. Hæc enim non quemvis poſſeſſorem promiſcue admittit, ſed tantum, qui titulum poſſeſſionis ſuæ allegare, aut, præter poſſeſſionem, temporis lapſum, quod tamdiu fuerit in poſſeſſione, probare poteſt. Huc pertinet quaſi poſſeſſio jurium, quæ inter regalia Principum referuntur. Hæc ſecundum Doctorum opinionem,

inſti-

inſtituto poſſeſſorio, adverſus Principem non eſt valida, niſi per decennium fuerit continuata. POSTIVS, *Obſ. 44. n. 23. ſeqq.* Equidem, monente Dn. de BERGER in *ELECT. PROC. POSSESSORII §. 26.* nec hæc ſententia adeo tuta, Doctorum ſaltem auctoritate, neutiquam vero jure certo conſtantique ſubnixa, præſertim cum non deſint, qui longius temporis ſpatium, judicis arbitrio determinandum, requirunt, quin imo alii aſſerant, poſſeſſorium ne quidem ordinarium, intuitu regalium, adverſus Principem locum habere. Quicquid vero hac de re diſſeratur certum tamen omnino eſt, regalia non niſi tempore immemoriali contra Principem præſcribi poſſe, *Cap. 26. §. præterea, X. de V. S. REC. IMPERII* de anno 1548. §. wenn auch ein ausgezogener/ & §. wo aber innerhalb Menſchen Gedencken rc. L. R. L. 1. *Art. 2.* CARPZOV. *P. 2. C. 3. Def. 24.* MEV. *P. 7. Dec. 158. n. 14.* Atque hodie in Saxonia ſimplex poſſeſſio ne quidem aliter in poſſeſſorio ſummariſſimo prodeſt poſſeſſori, niſi per annum uſus ſit poſſeſſione, & in ſervitutibus discontinuis præter hoc annale ſpatium requiritur, ut fuerint tres minimum actus poſſeſſorii exerciti, *ORD. JVD. SAX. REC.* in Additam. §. 19. Quod autem non raro poſſeſſori noceat poſſeſſio, patet ex *L. 2. in fin. C. de furt.* dum eum adverſus, quem penes res furtiva

tiva reperitur, inprimis ſi perſona levis, malæque famæ, ut ſuſpicio criminis parum abſit, indicium furti commiſſi naſcitur, quod vel juramento purgatorio, aut, pro re nata, tortura declinandum eſt, B. STRYK. *in VS. MOD. ff. Tit. de furt. §. 25.* niſi, a quo rem emerit, doceat, *L. 5. C. de furt.* vel in genere probet, ſe rem in loco publico emiſſe. Plura jam addere deſiſto, cum in præſenti de ratione vitæ Nobiliſſimi ac Clariſſimi Candidati noſtri Dn. CHRISTIANI GOTTLIEB SPENGLERI agendum ſit. Natus eſt ille *Budiſſæ*, quæ urbs eſt Luſatiæ ſuperioris percelebris, die VI. Novembris MDCCIII. Pater ipſius, AVGVSTVS SPENGLERVS, civis Budiſſenenſis, ac mercator famigeratiſſimus, & redituum, templis S. Petri & Michaelis addictorum, Adminiſtrator meritiſſimus, die V. Junii, anni præſentis, beate defunctus, mater vero MARIA MAGDALENA, e Gente LAVBIA oriunda, jam anno MDCC XV. e vivis erepta, fuit. Vtriusque parentis præmatura fata Candidatus noſter acerbe, ac merito, luget. In prima ætate privatorum Informatorum fidei ac curæ traditus, veræque religionis præceptis, primisque ſtudiorum, quæ humaniora vocantur, rudimentis probe imbutus fuit. Anno MDCCXVIII. Miſenam miſſus, fideliſſima STVBELII cura uſus eſt, & die XVI. Dec. ejusdem anni albo Alumnorum Gymnaſii

mnaſii Provincialis, quod Miſenæ in monte Afrano exſtructum conſpicitur, inſertus, deinde ab ore optimorum Præceptorum, laudati jam STVBELII, ejusque poſt obitum, MARTII, SILLIGII, GRABNERI, KAVDERBACHII, per quinquennium fere, hoc cum effectu, pependit, ut, conſilio Præceptorum, Parentisque juſſu ſuperioribus diſciplinis addiſcendis operam navare non dubitaret. Qua de cauſa Anno MDCCXXIII. *Jenam* ſe contulit, ibique præeuntibus celeberrimis Doctoribus, BVDDEO, STOLLIO, & BVDERO, Philoſophiæ partes, ea, qua decet, induſtria pertractavit, poſitisque hoc in ſcientiarum genere fundamentis totum ſe dedit legum ſcientiæ, &, ducibus Viris Excellentiſſimis, SCHROETERO, BECKIO, DITMARO, BRVNQVELLIO, Juris notitiam ſibi comparavit. Elapſo annali ſpatio LIPSIAM migravit, ſcholisque ibi philoſophicis RVDIGERI, MVLLERI & CORTII, juridicis vero B. MENCKENII, GRIBNERI, RECHENBERGII, RIVINI, DINCKLERI, & REICHELII, omni, qua decet, aſſiduitate interfuit. Tandem venit ad nos, &, ut ſtudiis adderet ſuoplementum, ſcholas WERNHERI, BASTINELLERI, MENCKENII, measque frequentavit ſedulo, prædicat autem maxime privatiſſimam, eamque fideliſſimam inſtitutionem Magnifici Dn. D. MENCKENII

254

Digitized by Google

CKENII. Abſolutis vero ſtudiis Academicis nomen inter Candidatos Juris apud nos profeſſus eſt. Admiſſus utrumque ad Examen, quod, qui ſummos in Jure honores capeſſere cupiunt, ſubeundum, talem ſe præſtitit, ut omnium conſenſu dignus judicaretur, cui honores quæſiti tribuerentur. Reliquum eſt, ut publice Diſſertationem *de Poſſeſſionis turbatione verbis vel ſcriptis facta*, conſcriptam defendat, eoque pacto ſcientiam legalem comprobet. Facturus eſt id futuro die XX. Septembris ob Præſidis ſui a Collegio noſtro aſſignati Magnifici DN. MENCKENII adverſam valetudinem, meo ſub Præſidio, cui actui, ut Magnificus Academiæ noſtræ Rector, Perilluſtris Lib. Baro, Patres conſcripti, omnesque, qui noſtris ſtudiis bene cupiunt, celebritatem conciliare, ac ſua præſentia ipſum cohoneſtare non dedignentur, eſt, quod ab ipſis, ea, qua par eſt, obſervantia atque humanitate peto, contendoque. P. P. Vittembergæ Dominica XV.

poſt Feſtum Trinitatis A. R. S.

cIↄ Iↄ cc xxx.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

uris vero ſtudiis Academicis nome
Juris apud nos profeſſus eſt. A-
ad Examen, quod, qui ſummos
eſſere cupiunt, ſubeundum, tales
mnium conſenſu dignus judica-
quæſiti tribuerentur. Reliquum eſt,
ationem *de Poſſeſſionis turbati-*
riptis facta, conſcriptam defen-
ſcientiam legalem comprobet
futuro die XX. Septembris
Collegio noſtro aſſignati Magni-
CKENII adverſam valetudi-
æſidio, cui actui, ut Magnificus A-
ector, Perilluſtris Lib. Baro, Patres
que, qui noſtris ſtudiis bene cupi-
conciliare, ac ſua præſentia ipſum
ledignentur, eſt, quod ab ipſis, ea,
antia atque humanitate peto, con-
. Vittembergæ Dominica XV.
um Trinitatis A. R. S.
Iↄ Iↄ cc xxx.
)

Digitized by Google

CKENII. Abſolutis vero ſtudiis Academicis nomen inter Candidatos Juris apud nos profeſſus eſt. Admiſſus utrumque ad Examen, quod, qui ſummos in Jure honores capeſſere cupiunt, ſubeundum, talem ſe præſtitit, ut omnium conſenſu dignus judicaretur, cui honores quæſiti tribuerentur. Reliquum eſt, ut publice Diſſertationem *de Poſſeſſionis turbatione verbis vel ſcriptis facta*, conſcriptam defendat, eoque pacto ſcientiam legalem comprobet. Facturus eſt id futuro die XX. Septembris ob Præſidis ſui a Collegio noſtro aſſignati Magnifici DN. MENCKENII adverſam valetudinem, meo ſub Præſidio, cui actui, ut Magnificus Academiæ noſtræ Rector, Perilluſtris Lib. Baro, Patres conſcripti, omnesque, qui noſtris ſtudiis bene cupiunt, celebritatem conciliare, ac ſua præſentia ipſum cohoneſtare non dedignentur, eſt, quod ab ipſis, ea, qua par eſt, obſervantia atque humanitate peto, contendoque. P. P. Vittembergæ Dominica XV. poſt Feſtum Trinitatis A. R. S.

cIↃ IↃ CC XXX.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ıtis vero ſtudiis Academicis nome
Juris apud nos profeſſus eſt. Ab
ad Examen, quod, qui ſummos i
eſſere cupiunt, ſubeundum, tale
nnium conſenſu dignus judicar-
uæſiti tribuerentur. Reliquum eſt,
ıtionem *de Poſſeſſionis turbatio-*
·iptis facta, conſcriptam defen
Icientiam legalem comprobe:
futuro die XX. Septembris
Collegio noſtro aſſignati Magni-
CKENII adverſam valetudi-
eſidio, cui actui, ut Magnificus A-
ector, Perilluſtris Lib. Baro, Patres
ue, qui noſtris ſtudiis bene cupi-
onciliare, ac ſua præſentia ipſum
edignentur, eſt, quod ab ipſis, et,
ntia atque humanitate peto, con-
. Vittembergæ Dominica XV.
um Trinitatis A. R. S.
Iↄ Iↄ CC XXX.

CKENII. Abſolutis vero ſtudiis Academicis nomen inter Candidatos Juris apud nos profeſſus eſt. Admiſſus utrumque ad Examen, quod, qui ſummos in Jure honores capeſſere cupiunt, ſubeundum, talem ſe præſtitit, ut omnium conſenſu dignus judicaretur, cui honores quæſiti tribuerentur. Reliquum eſt, ut publice Diſſertationem *de Poſſeſſionis turbatione verbis vel ſcriptis facta*, conſcriptam defendat, eoque pacto ſcientiam legalem comprobet. Facturus eſt id futuro die XX. Septembris ob Præſidis ſui a Collegio noſtro aſſignati Magnifici DN. MENCKENII adverſam valetudinem, meo ſub Præſidio, cui actui, ut Magnificus Academiæ noſtræ Rector, Perilluſtris Lib. Baro, Patres conſcripti, omnesque, qui noſtris ſtudiis bene cupiunt, celebritatem conciliare, ac ſua præſentia ipſum cohoneſtare non dedignentur, eſt, quod ab ipſis, ea, qua par eſt, obſervantia atque humanitate peto, contendoque. P. P. Vittembergæ Dominica XV. poſt Feſtum Trinitatis A. R. S. cIↃ IↃ cc xxx.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google